

3911.

1345 d. 4 Mars.

Aspenäs.

GISLE ELINASON testamenterar 100 mark penningar, 4 mark lödigt silfver till en kalk, samt prestkläder och altarprydnader till Predikarebrödernas kloster i Sigtuna, der han väljer sin graf, samt gåfvor till kyrkor, kloster, helgeandshus, hospital och fattiga; anvisande sina gods i Walby i Wiksta socken som säkerhet för dessa gåfvor och en gård Berg i Westergötland att godtgöra dem, som lidit någon oförrätt; förbindande sig, att, om han framdeles skulle göra någon ändring i detta testamente, gåfvan till Sigtuna kloster likväl skall blifva oförändrad.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

In Nomine patris et filii et spiritus Sancti Amen. Cum dies et hora mortis mortalibus cunctis sit incerta. et inopinatus subitusque multorum obitus salubria proposita sepe relinqui fecerat imperfecta. Hac Consideracione ductus. Ego gislo ælinæson. mente et corpore sanus et incolumis per gratiam ihesu christi. Prouida deliberacione prehabita. meum in hunc modum. facio et ordino Testamentum. In Primis apud religiosos viros fratres Predicatores Sictonie. iuxta dilectam vxorem meam. Margaretam. ac dilectum fratrem meum dominum karolum mei corporis eligo sepulturam. Quibus lego Centum marchas denariorum. monete nunc currentis Item quatuor marchas puri argenti pro vnus calicis opere et factura. Insuper omnia indumenta sacerdotalia, et ornamenta omnia pro altari. Ad fabricam ecclesie vpsalensis. lego decem marchas denariorum. Ceteris vero ecclesiis cathedralibus in regno. earum cuilibet vnam marcham puri argenti. vel quinque marchas denariorum. monete nunc currentis Item fratribus predicatoribus in Kalmarnia. Sex marchas denar. Ceteris vero eiusdem ordinis. Monasteriis in regno cuilibet duas marchas denar. Item fratribus minoribus vpsalie. decem marchas denar. Ceteris vero eiusdem ordinis monasteriis in regno. cuilibet. duas marchas denar. Item Monasterio in sko. Sex marchas denar. Item monasteriis. Juluttæ. aluastrum. wærnøm. Nýdal. Rumum. Cuilibet ipsorum duas marchas denar. Item Monasteriis. Fodhø. Wretum. Askæby. Rysaberghum. gudhøm. et Monasterio dominarum in Wysby. Cuilibet ipsorum duas marchas denar. Item monasteriis sororum. skjæningie. kalmarnie. et in stocholm. Cuilibet ipsorum duas marchas denar. Item Monasterio in aas Hallandie. lego sex marchas denar. Item domui dei in kalmarnia decem marchas denar. pro emendis prediis ad eius vsum. Item domui dei vpsalie. Sex marchas denar. Ceteris vero domibus dei et hospitalibus. in toto regno cuilibet duas marchas denar. Item ecclesie viuilstadhæ in Wæstbo. Sex marchas denar. Sacerdoti ibidem tres marchas denar. Item ecclesie. Wændil. Sex. marchas denar. et tres ibidem sacerdoti. Item ecclesie Wixstadum. Sex marchas denar. et tres ibidem sacerdoti. Item cuilibet ecclesie. in cuius parochia curiam possideo. lego vnam marcham denar. et aliam sacerdoti. Exceptis tribus ecclesiis Superius immediate nominatis. Item deputo. XX:ti. marchas denar. per istius mei testamenti exequutores distribuendas inter

pauperes mendicantes. Item do et assigno alias .XX:ti. marchas denar. pro dicendis missis post decessum meum. prout exequutoribus meis saluti anime mee videbitur expedire. Pro solucione vero premissorum. omnium. que ante obitum meum soluta non fuerint deputo et assigno. bona mea Walbý. in parochia vixstadhum. tali supposita condicione. quod si dicta omnia per me legata. ab heredibus meis post obitum meum persoluta non fuerint infra annum. extunc exequutores mei. dicta bona vendendi et satisfaciendi iuxta premissa. liberam habeant facultatem. Item. si post obitum meum. probabili aut certa ex causa ex empcionibus bonorum siue commutationibus prediorum. inuentum fuerit me quemquam iniuste lesisse. quoquomodo, deputo curiam meam in Bærgh Wæsgocie. cum molendinis et aliis adiacentibus, vt exequutores mei. de precio dicte curie singulis prout iustum fuerit et vnicuique debetur. soluant satisfaciant et emendent. Preterea si in futurum. me aliquid immutare contigerit. de premissis. quamquam pronunc. hoc minime propono vel intendo. volo firmiter vt omnia fratribus Predicatoribus Sictonie. Superius legata. absque omni reuocacione et retractacione integraliter persoluantur. Exequutores autem huius mei testamenti. facio. constituo. et ordino Nobiles viros et dominos. Predilectum filium meum dominum Magnum. dominum Nicholaum Abyornnæson. dominum vlphonem germanum suum. dominum laurencium karlson. Johannem cristinæson. Johannem karlson nepotem meum. Ac religiosum virum fratrem Olauum nunc Priorem Sictoniensem. Rogans eos attentius vt premissam meam voluntatem. fideliter exequi studeant prout de eis fiduciam gero specialem. Testes huius mei testamenti sunt hii. videlicet. predilecta filia mea Jngridis relicta quondam domini Thýrneri mattiusson. predilecta filia mea Katerina. frater Olauus Prior Sictoniensis. frater. gerardus. dominus hermannus Sacerdos meus et dominus Hemmingus. Jn robur autem et euidentiam premissorum. Sigillum meum presentibus est appensum. Instanter autem Sigilla apponi peto exequutorum huius mei testamenti premissorum. Datum. et actum in curia mea Aspænæs Anno domini Millesimo CCC^o XL^o quinto. feria sexta ante dominicam. Letare.

Sigillen: N:o 1, Gisle Elinasons; N:o 2, Magnus Gislasons; N:o 6, Johan Cristinasons; N:o 7, Johan Carlssons (alla sparre); N:o 5, Lars Carlssons, ottydligt; N:o 8, Sigtuna-Priorns; N:o 3 och 4 borta, remsorna kvar.

3912.

1345 d. 6 Mars.

Riddaren HARALD HARALDSSON pantsätter sina gods i Nåsa i Kollerstad och en qvarn Holt hos H:r Carl Bengtsson för 120 mark penningar och ett stycke Bryggiskt kläde, som skola återbetalas i två uppgifna terminer.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus haraldus haralson miles salutem in domino sempiternam Tenorepresencium recognosco me. discreto et honesto